rii, tumores varii rheumatici, arthritici, febres catarrhales aut rheumaticae dictae &c. ſpaſmi varii, paralyſes numeroſam horum morborum familiam conſtituunt; id quod eo magis contingere debebit, quo viuidius naturae conamen fuerit, partes alienas excretione hac e corpore eliminandi, & quo vehementius atque pertinacius huic naturae operi impedimentum ab aere imponatur. Vehementiori hinc longe morbo corripimur, ſi v. c. partes ſudantes aeri eiusmodi immitti exponantur. Quodſi vero ex altera parte aer atmoſphaericus ſubinde materiam tranſpirabilem multo auidius a corpore deriuet, vel ſi irritabilitatem cutis ſupra modum exaltando, actionem vaſorum incitando, aut oſtia vaſculorum, & vaſa exhalantia ipſa quocunque modo praeſertim humido tepore aut calore relaxando, aut debilitando vberiori tranſpirationis negotio faueat, cum inſenſibili tranſpiratione ſimul ſudores largos eliciat, ſicque totum quaſi humorum oceanum ad cutis ſpiracula conuertat, corpori nimium detrahendo non minus nocebit. Sudores colliquantes ardente ſyrio producti manifeſto nobis exemplo erunt. —

4*to*. Denique aer non ambiens varias ſecum corpori aduehit particulas acres atque noxias,

quae

quae cum a vaforum inhalantium ofculis, vt non obfcure patet, abforbeantur, *) fibras folidas inique vellicando, aut alio pro illarum indole, modo fanitati vitaeque noxas adferunt — inde ab aere humido frigido immiti (quod humiditas plerumque aere fixo faturetur) fi partes aeri minus afuetas & denudatas tangat, vti a pedum fola refrigeratione, tam iniqui effectus, tuffes, catarrhi, rheumatifmi aut alii morbi contrahuntur — inde catarrhi epidemici aliorumque morborum epidemicorum origo petenda.

Quidquid vero Atmofphaera nos ambiens infalubris atque noxii habeat, id tamen adhuc multo magis vel minus erit, prout diuerfum fuerit vniuerfi corporis aut faltem cutis conftitutio, caloris animalis, irritabilitatis, aut vis vitalis gradus, & denique prout diuerfis aeris ambientis iniuriis plus minusue affueuimus. — Exemplo funt homines, qui diu noctuque fub coelo verfantes omni fenfim aeri vtut immiti afuefcunt, quin vllas inde fanitati noxas contrahant; cum econtra ii, qui fedulo cubiculis fe includunt, atque quemcunque aeris atmofphaerici liberi halitum fere reformidant, adflante

*) Von folcher Abforption und Inhalation fehe man Hallers Physiologic. t. 5. p. 562. Weikardts neue Theorie der Katarrhe.

ſlante quacunque immiti aura de aeris iniuriis atque variis morbis conquerantur.

§. 16.

Expoſitis hucuſque generalioribus, quae aeris atmoſphaerici ſalubritatem aut inſalubritatem concernunt; de quibusdam eius varietatibus maxime ſolennibus atque earum in ſanitatem influxu ſpeciatim adhuc perpauca dicendi mihi eſt animus.

Quid atmoſphaerae frigus aut calor, ſiccitas aut humiditas per ſe conſiderata in corpore animali efficiant, cum cuilibet facile innoteſcat, non eſt, vt vberius exponam; quid vero, ſi humiditas vel ſiccitas frigori & calori atmoſphaerae iungatur, iniqui ſequatur, primo in examen vocabo.

Frigoris in corpore noſtro ſenſus oritur, quoties corpus calore animali ſenſibili vt aiunt, aut materia caloris libera plus minusue priuatum exiſtit. Hoc vero efficit atmoſphaera vel frigore poſitiuo, vel maiori, qua pollet, calorem animalem e corpore deriuandi facultate plus minusue, prouti alia atque alia fuerit corporis ad aerem in illud agentem relatio. — Quod vero frigoris ſenſus ab atmoſphaera in nobis excitatus non tantum a frigore eius poſitiuo, ſed & quam maxime quidem a maiori eius

ma-

materiam caloris e corpore deriuandi potentia pendeat, euidenter elucet: Cum saepe hyemis tempore, vbi thermometrum permagnum frigoris gradum denotat, minus saepe sentiamus frigus, quam alio tempore, vbi vel eadem est aeris atmosphaerici temperatura, vel & mitior adeo. Immitem vero eiusmodi indolem acquirit atmosphaera, si cum quodam eius frigoris gradu humiditas iungatur minus fixata.

Frigus per se minus nociuum corpori deprehenditur, quam si humiditas simul iungatur, quae minus fixata, vel adeo aere fixo saturata sanitati adeo inimica euadit.

Aer subfrigidus (kühl) * ideo dicitur: aer, si cum quodam frigoris gradu humescit (id est, humiditatem facilius deponat) hinc vel humiditate supersaturatur, vel minorem in humiditate attractionis vim habet, vnde illam lubentius deponit. Aer vero eiusmodi humidofrigidus non tantum pro sua humiditatis abundantia humidas corporis nostri exhalationes minus suscipiet; sed simul ob eandem humidi abun-

* Wenn man spricht, die Luft ist kühl, so bezeichnet man damit eine ganz andere Eigenschaft, als wenn man sie ein wenig kalt nennt; denn wir setzen alsdenn gewöhnlich die Warnung hinzu, wenn wir sie kühl nennen, daß man sich davor in Acht nehmen müsse. Kohlreif S. 45.

abundantiam maiorem acquiret caloris materiem e corpore deriuandi facultatem, quam aeris humido-frigidi facultatem inde deriuare quidam volunt, quod humido aeri admixto numerus punctorum contactus in illo augeatur.* Quidquid sit, aer humido-frigidus, capacitatibus cito mutatis maiorem acquirit in materiam caloris attractionis potentiam, vnde illam vi quadam nobis eripit, sibique adpropriat; atque talis aer humidus non fixatus, quo minus pro suo frigoris gradu caloris contineat, cuius maiorem copiam in corpore nostro inueniet, eo propius quoque ad corpus nostrum accedit, in illud se deponit, immo penetrat, sicque transpirationem cutaneam sufflaminat. Hinc consueta illa, quam in nobis aduertimus, morositas (üble Laune) frigoris sensus, atque impatientia, horror aut horripilatio, oscitatio, somnolentia, lassitudo corporis, hinc febriles illi motus, coryza, tussis, catarrhus, dolores rheumatici, & innumera alia incommoda, quae ab aere eiusmodi constanter produci, totidem experientia conuincimur. Talis plerumque aeris con-

* Wenn das Medium der Luft mehr Nässe enthält, so erhält es auch mehrere Berührungs-Punkte, folglich kann es alsdann in der nähmlichen Zeit mehr Wärme-Stoff einsaugen, und hingegen viele Feuchtigkeit im Körper sich eindrängen. Kohlreif.

conditio Verno & Autumnali tempore aut Vesperis aestiualibus esse solet, cum tunc temporis praecipue Vere & Autumno, minus vero aestate humiditate non fixata abundet atmosphaera, atque simul minus caloris contineat, qua humiditas figi possit; hinc Ver & Autumnus tam fertiles morborum parentes existunt, hinc vesperis aestiualibus, quando aeris frigus minus metuentes leui vestitu deambulamus, tam frequentes refrigerationes, vti dicimus, hinc dolores, diarrhaea, atque dyssenteria hanc temporis constitutionem tam frequenter amat &c. Aer humidus vti & nebulosus, ait FRANCKLIN, ideo nos frigoris magis impatientes reddit, quam aer licet frigidior, siccior vero; aer enim eiusmodi frigus 700 aut 800 maius nobis inducit, quam siccus gelidusque. Nulla habita inimica hac aeris frigido-humidi indole a quibusdam hominibus non tantum facilius fertur, sed & eorum sanitati adeo est emolumento: Quod iis contingere solet, quorum fibrae nimis rigidae strictaeque sint, vel qui huic aeri a prima iuuentute magis assueuerunt.

§. 17.

Deterioris adhuc conditionis aer est, qui, cum nos attingens maxime ingrato quodam sensu

ſu afficiat, immitis dicitur, atque cum quodam frigoris gradu humiditatem non fixatam imo & aere fixo ſ. acido carbonico ſaturatam deponit. — Immitem illam aeris humido - frigidi indolem non tam a frigoris eius gradu quam a humiditate eius & quidem aere fixo ſaturata dependere, ſatis conſtabit, ſi conſulamus experientiam, qua didicimus, quod tempore vernali atque veſperis aeſtiualibus aer, cuius gradum caloris + 10° denotat Thermometrum Reaumur., ſaepe adeo immitis eſſe ſoleat, alio vero tempore ipſoque hyeme, vbi thermometrum 4° indicat, iucunda omnino aeris temperies habeatur.

Aeris vero eiusmodi immitis iniqui effectus in ſanitatem ex triplici fonte promanere ſolent:

1*mo.* enim humidiate ſua, quam largius in corpus eiusque partes deponit, fibras relaxat, atque inertes reddit, humidum corporis minus abducit, tranſpirationem inſenſibilem ſufflaminat.

2*do.* Ex eadem ratione materiam caloris e corpore liberius deriuat.

3*tio.* denique cum humiditate ſimul aerem fixum corpori adplicat, qui ſiue a faſculis cutis inhalantibus abſorbetur, ſiue non, ſtimulo iniquo in corpus eiusque partes ſenſibiles agit,

quem

quem ferre omnino nequeunt, * vnde triplex multorum morborum origo! Hinc ſubitae & ingratae refrigerationes, ſternutatio, tuſſes, coryza, angina, catarrhi, aſthmata, peripneumoniae, diarrhaea, & dyſenteria, dolores artuum rheumatici, arthritici, & multa alia & eiusmodi incommoda oriuntur, quae alibi, cum de aeris fixi effectu ſermonem feceram, abunde iam expoſui.

Iniqui hi effectus eo magis inſequentur, ſi aer eiusmodi immitis partes aeri non aſuetas, denudatas, aut ſudore madidas attingat; quam maxime tamen eiusmodi aer immitis, partes laeſas, vulneratas ab Epidermide denudatas, & exulceratas offendit, ſanationem vulnerum atque vlcerum ** quam maxime impedit, quod Chirurgis notum eſt, cum aerem a vulneribus vlceribusque ſollicito arcere ſtudeant. §.

* Sie würkt in unſere Ausdünſtung, die alkaliſcher Natur iſt, und die ſie größtentheils zurückhält, ob ſie ihr gleich ihren Wärmeſtoff raubt, eine unſichtbare aber leicht denkbare Effervezenz Fermentation in der Oberfläche des Körpers. Die Schärfe, welche da Gährung erzeugt, und dann von der Haut abſorbirt wird, dringt bey lang anhaltender Urſache tiefer im Körper, und menſtruirt die Säfte; die ſogenannte Bruſtkrankheiten ſind die gewöhnlichſte Folge davon. Kohlreif a. a. O. S. 109.

** Regnichtes, feuchtes, neblichtes Wetter hatte auf Geſchwüre eine ſo große und plötzliche Würkung,

§. 18.

Aer humido calidus non minus ſanitati obeſt; cum enim nullam humidum corporis ſuſcipiendi, nullam vel plane nimis exiguam phlogiſton (ſeu gas hydrogenio - carbonicum) & materiam caloris deriuandi & abſumendi facultatem habeat; hinc eadem ferme ratione vti ſchwühle Gewitterluft corpus nimium excalefaciendo, & minus dephlogiſticando, humores extenuando, vires vitales exhauriendo, tranſpirationem inſenſibilem turbando, anxietatem, aſphyxiam, cephalalgiam, corporis defatigationem, virium exhauſtionem, languorem actionum, febres acutas praeſertim ſic dictas bilioſas, bilioſo putridas & alios morbos ex debilitatis vitalis progenie inducere ſolet. *) Quo ma-

daß ſie binnen 24 Stunden aus einer geſunden Ausſicht, die einige Zeit gedauert hatte, in die entgegengeſetzte verwandelt wurden; indem das ganze Geſchwür mit gerinnbarer Lympfe geſchmolzenen darüber gegoſſenen Talge gleich bedeckt war, die ſich von der Oberfläche deſſelben nicht trennen ließ. Home vom Eiter. S. 26.

*) Feuchtigkeit, ſagt Kohlreif, ſchadet bey der Kälte ſowohl als bey der Wärme. Man hat aus verſchiedenen Orten berichtet, daß bey der ſchröcklichen Hitze im Jahee 1793, wie man ſie nannte, die jedoch nicht mehr als 24° Reaumur: im Schatten betrug, Vögel aus der Luft gefallen, und Men-

maior caloris gradus humiditati iungitur, eo iniquiores in ſanitatem effectus abinde proficiſcuntur.

§. 19.

Aer ſiccus, licet ſanitati generatim magis conducat, quam aer humidus, nihilo minus nimia aeris ſiccitas non minus, quam nimia eius humiditas corpori nociua erit. Siccitas vero aeris non tam conſiſtit in humiditatis defectu, cum aer etiam pro ſicciſſimo habitus ſecundum obſeruata magnam adhuc humiditatis quantitatem in ſe contineat, quam in eo, quod humiditas aeris tunc temporis caloris materia aut aliam ob cauſam ita ſubacta atque ligata exiſtat, vt hygrometrum non adficiat.*) Aer eiusmodi nimium ſiccus variam ob rationem quidem ſanitati noxius eſſe poterit.

1mo.

ſchen auf der Straſſe todt hingefallen ſind; aber das Hygrometer zeigte damahls auf 15° feuchter Luft, als es ſeit mehreren Jahren gezeigt hatte. Die Hitze kochte damals eine Menge ganz ungebundener Dünſte und Dämpfe, ärger als in den ſogenannten Schwarz-Stuben, oder ſchmutzigen Dorf-Schenken.

*) Die wäſſerigten Theile ſind bald in der Luft feſtgebunden, und dann iſt die Luft trocken; bald ſind ſie nur locker in der Luft, und helfen die Wolken bilden; bald werden ſie als Regen entbunden und fortgeſtoſſen. Kohlreif a. a. Orte.

1*mo.* Siccitate ipsa: cum sic acquirat maiorem humidum corporis nostri attrahendi & deriuandi facultatem (ein zu großes Leitungsvermögen, zu große Ziehkraft gegen die feuchten Partikelchen unserer Ausdünstung, und Bestreben zu inniger Vereinigung damit) & ob eandem siccitatem simul amittat aliam materiam scilicet electricam ligandi potentiam, quae igitur cum libera atmosphaerae insit, suo in corpus animale effectu neutiquam destituitur.

2*do.* Nimia puritate: cum aer siccior simul diuersarum aeris specierum aut vaporum atmosphaeram constituentium nimia adpropriatione, vnione, atque mutatione iusto purior vt plurimum euadere atque aeris nimium dephlogisticati indolem & effectus in corpus animale accedere soleat.

3*tio.* Si siccitati aliae adhuc iungantur aeris conditiones, si v. g. aer siccus simul calidus aut frigidus vel immitis fuerit.

Aer siccus & calidus, vbi scilicet cum maiori caloris gradu vel minima humiditatis portio aeri inest, vel saltem humidum ita ligatum existit, vt hygrometrum vel minime adficiat, sanitati summopere obest. Cum enim pro sua siccitate humidum corporis aucta attractionis vi plus iusto absumat, cum ex alia parte phlogi-

ston

ſton ſ. gas hydrogenio - carbonatum corporis atque eius caloris materiam, qua aer ipſe iam abundat, deriuandi facultatem ammittat, ſicque nimio ſuo calore atque ſimul materia electrica euoluta corpus exterius nimis calefaciendo & ſummopere ſtimulando auget. *) Hinc

*) Aeußerlich den Körper treffende Hitze beschleunigt allezeit die Bewegung des Herzens und der Schlagadern, und vermehrt die Ausdünstung um desto mehr, je heftiger sie ist. Indem das Herz und die Schlagadern auf diese Art zu öftern und gewaltsamen Bewegungen gereitzet werden, so wird auch die Erzeugung der Hitze in den flüssigen Theilen ausserordentlich vermehret. Der Umlauf des Bluts mag durch heftige Bewegung des Körpers oder durch äusserliche Hitze beschleunigt werden, so wird dadurch in beyden Fällen die innerliche Hitze vermehrt; und diese würde, wenn sie sich ungehindert anhäufen könnte, sehr bald um vieles die gewöhnliche Temperatur des Körpers übersteigen, und den Verlust des Lebens, nebst gänzlichen Stillstand aller thierischen Bewegungen bewürken. Es wird aber durch die vermehrte Bewegung des Bluts und die erschlaffende Würkung der Hitze nach Verhältnüß ihres größern oder geringern Grades ein Schweiß erregt, der sehr viel zur Tilgung des Ueberschusses von Hitze beyträgt. Dieß ist auch die Ursache, warum wir auch in einer ziemlich heissen aushalten können, bis endlich durch das Uebermaaß der äussern Hitze alle Kräfte erschöpft

aere eiusmodi ſicco & calido reſpirationis difficultas, anxietas, circuulationis augmentum, tranſpirationis inſenſibilis vberior profuſio, imo ſudor, humidi nimia e corpore detractio, ſanguinis orgaſmus, aut ſpiſſitudo, & acrimonia, bilis vberior prouentus ac deprauatio, incitabilitatis animalis decrementum, corporis delaſſatio, viſcerum praeprimis digeſtioni inſeruientium lanquor & inertia, atque laeſa digeſtio, demum omnium functionum lanquor, & virium vitalium nimis cita & impetuoſa exhauſtio. En vberrimum ſane malorum fontem!

Aer ſiccus & admodum frigidus, qui cum caloris defectu humiditatem fixatam, minus tamen aere fixo impraegnatam continet, pro maiori frigoris gradu, caloris materiam e corpore deriuando, neque vllam reſtituendo, humiditatem corporis abſumendo, ſolida viua irritando, cutis vaſcula conſtringendo, tranſpirationis negotium turbando, atque vim vitalem ſufflaminando noxas habebit. * Longe minus hunc

ſind; oder der Körper einem ſolchen Grade von Hitze ausgeſetzt iſt, daß die Ausdünſtung nicht mehr hinreicht, den Ueberfluß der Wärme fortzuſchaffen, und die Lebenskraft dadurch zu ſehr geſchwächt wird. Gardiner Unterſuchung über die Natur thieriſcher Körper. S. 71. ꝛc.

* Der menſchliche Körper behält in ſeiner Atmoſphäre,

hunc aerem ficco - frigidum, quam humido-frigidum nocere experientia didicimus.

Aer ficcus immittis (trockne raue Luft) cuius indoles in humiditate fixata quidem, sed aere fixo simul saturata poni videtur, corpus animale inique stimulando, poros cutaneos co-

deren Temperatur verschiedene Grade unter dem Eispunkt ist, seine natürliche Wärme. Etwas trägt hiezu die Verminderung der Ausdünstung bey, wodurch die innere Hitze vermehrt wird, und die reitzende Kraft der Kälte, wenn der Körper dabey bewegt wird, und das durch die Kälte vermehrte Athemhohlen, wodurch mehr Wärme absorbirt wird. Wenn aber diese Ursachen nicht zureichen, bey andaurender und großer Kälte das natürliche Maaß der Wärme zu erhalten, so wird die Lebenskraft geschwächt, sie erlöscht endlich ganz. Würkt die Kälte plötzlich auf uns in einem sehr hohen Grad, so erregt die Heftigkeit des Reitzes die gewaltsamste innerliche Bewegungen, die bey allen Thieren die Hitze mehren; von diesen zu heftigen anhaltenden Anstrengungen ermatten endlich die Lebenskräfte, die Bewegungen werden immer langsamer, und die Erzeugung innerlicher Hitze nimmt mit den Kräften im gleichen Verhältnisse ab, indem immer durch die Kälte selbst noch mehr Wärme geraubt wird: So muß endlich plötzlicher Verlust der Lebenskraft erfolgen. Gardiner a. a. O. S. 38. und im Anhang des teutschen Herausgebers. S. 318. rc.

arctando, transpirationem insensibilem cohibendo, spasmos varios inducendo, multo maiores habebit in sauitatem noxas, praecipue si aduerso vento, vt dicimus, corpus mouemur.

§. 20.

Aer atmosphaericus equidem nunquam omni destituitur motu, sed & varius hic motus esse solet modo placidus, crispatorius, s. spiralis (kräuselnd) vndullatorius, modo fibrans aut radians, nunc vehemens atque turbulentus aduertitur. Placidus equidem aeris motus cum eodem aeris omnes particulae aliique vapores & effluuia misceri atque magis figi soleant, aerem generatim salubriorem efficit, vehementioris vero modo nimia vaporum apropriatione aerem nimis siccum & simul persaepe nimis purum, adeoque insalubrem reddunt, modo aeris mixtionem vehementer turbant, & vapores aeri minus firmiter inhaerentes reddunt, sicque sanitatem offendunt; & denique prouti calori vel frigori iungatur, vehementior aeris motus, prouti venti varios vapores noxios & minus fixatos circumferunt, prout aeris motus magis radians fuerit, sanitati plus minusue detrimenti inde emerget.

Ventus siccus particulas humidas quidem

sed

sed fixatas continet, modo frigori modo calori atmosphaerae iungi solet. Ventus vero eiusmodi nimium siccus eas sanitati inimicas proprietates habet, vt

1*mo.* pro sua siccitate humidum corporis auidius ad se rapiat, ttanspirationem insnnsibilem vberius proliciat aut alio modo turbet, hinc corpus exsiccet, atque sanitati noxius euadat.*

2*do.* Cum praeterea ventus eiusmodi siccus persaepe aerem iusto puriorem reddat, (wie die Nord- und Nord-Ostwinde vorzüglich sind) hinc nimium in corporis nostri phlogiston s. gas hydrogenio carbonicum aget, illud simul & semel corpori detrahet, atque maiorem, quam sanitati conducit, aeris vitalis, id est, dephlogisticati & caloris quantitatem suppeditabit; vnde nimium calefaciendo, stimulando, & vires vitales exhauriendo, nocebit, Hinc a ventis nimium siccis illa incommoda, quae coryzam, tussin, catarrhos, rheumata &c. comitis habent,

* Die Winde haben die Eigenschaft zu trocknen, und die Feuchtigkeit aus dem Körper mit sich zu nehmen; sie trocknen daher noch mehr, als die Sonne. Sie sind auch den menschlichen Körpern schädlich, Vielleicht weil sie die Ausdünstung zu sehr befördern, und in Unordnug bringen. Toaldo Witterungs-Lehre. S. 39.

bent, quae vulgo reſpirationis quidem titulo veniunt, ſed ſpaſticae potius exhauſtiones adpellari deberent, cum ventus eiusmodi, aeris nimis puri adinſtar, calorem febrilem, ſanguinis orgaſmum, & motum circulatorium auctum, reſpirationis anguſtiam, ſpaſmos varios demum virium vitalium exhauſtionem producere ſoleat.

Noxios venti radiantis (Zugluft) in ſanitatem effectus, quis eſt, qui ignoret, imo qui non ſe ipſo expertus eſt? Ventus eiusmodi ſeu aer radians corpus afflans ſenſatione primum ingrata nos adficit, eoque magis, quo plus radians fuerit, ſequuntur horripillatio, horror, motus febriles cum vario ſymptomatum agmine, opthalmias, odontalgias, coryzas, tuſſes, catarrhos, rheumadalgias varias, paralyſes, & innumera inde proficiſcantur, quae vulgo a refrigeratione corporis noſtri dentare ſolemus, ſed ex alio longe fonte haec incommoda fluere, breui conſtabit.

Naturae obſeruatores inimicam adeo aeris radiantis indolem ex eo vt plurimum deriuari volunt, quod aer radians non tantum qua purior aer, ſed & qua radians ſimul in determinato temporis ſpatio maiorem aeris dephlogiſticati portionem corpori aduehat, quam impu-

purior aut quietus. Inde vero non poterit non citior phlogisti s. gasis hydrogenio-carbonici in corpore contenti decompositio fieri: Ex vna parte ergo plus iusto aeris dephlogisticati corpori suppeditabit; ex alia phlogiston s. gas hydrogenio-carbonicum corporis plus iusto absumet, vnde caloris animalis atque stimuli vitalis augmentum, vnde ingratum illud ab aere radiante vexamen, adparens ille, quem habemus, frigoris sensus, & plura alia commemorata mala, non ex refrigeratione, vt vulgo creditur*, sed ex stimulo iniquo corpori illato, spasticae hinc originis mala, & a cita nimis virium vitalium consumptione adeoque a debilitate vitali (Erschöpfung) oriri necesse erit.

Sed cum praeterea aer eiusmodi radians maiorem acquirat transpirationem insensibilem deriuandi facultatem, hinc simul humidum corporis atque materiam transpirabilem, quae ob coarctatos ab aeris radiantis stimulo cutis poros parcior quidem transmeat, nimium abducendo,

* Daß die Würkung der Zugluft nicht von der Kälte der Luft kommen kann, sieht man daraus, weil man im Sommer z. B. in einem Garten die freye Luft ohne allen Nachtheil genießen kann, so lange sie ruhig und nicht strahlend ist, so bald sie aber ziehend wird, empfinden wir Ungemächlichkeit.

cendo, absorbendo noxas habebit.* Quodsi in aere radiante corpus moueatur, sicut calor corporis auctior interius atque vis vitalis motu magis incitata transpirationem cutaneam vberius expellat, ab aere radiante multo magis adficimur; quo diutius aeri radianti exponimur, quo magis eodem tempore corpus magis incalescit, quo vberior transpiratio cutanea erit, aut sudor profluxerit, quo infirmiores simus, & viribus magis exhausti, quo minus corpus aut eius partes aeri libero adsueuerunt, quo magis pars denudata fuerit, eo facilius aeris radiantis noxas experimur, & eo grauiora mala inde nobis erunt metuenda.

Longe iniquior adhuc sanitati ventus siccus esse solet, si humiditatem fixatam aere fixo saturatam contineat, vnde nobis immitis (scharfer, rauher Wind) dicitur, quales venti ex plagis septentrionalibus aut Septentrionem inter & Orientem orti esse solent;** cum non tantum

* Die Zugluft hat ein allzu großes Ableitungs-Vermögen gegen unsere Ausdünstung, welches von ihrer zu starken Anziehungs- und Bindungskraft gegen unsere Dünste herzuleiten ist; daher auch diese Luft so bald trocken macht. Kohlreif.

** Die Nord- und Nord-Ostwinde, sagt Kohlreif, haben nicht nur ein zu großes Ableitungs-Vermögen gegen unsere Ausdünstung, sondern

tum nimia ſiccitate & puritate, ſed & humiditate ſua & aere fixo ſaturata nociui evadant. Exemplo nobis ventus Tramontana dictus (trockner rauher Nordwind), qui Romae graſſari ſolet, & aeſtatis tempore moderatum gratumque incolis refrigerium cauſat, hyeme vero, cum per excelſa montium niue & glacie tectorum cacumina perflet, tam immitis aerisque rauh und ſcharf redditur, vt ſpiritum ſufflaminet, oſſa ipſa penetrare videatur, & varios incolis morbos producat. — Notae pariter ſunt obſeruationes, Phthiſicos aliosque chronicis morbis laborantes & viribus exhauſtos vt plurimum Vere aut Autumno vltimum obire diem; nonne hoc eo nitatur, quod aſperior his temporibus aer aut venti ex regionibus ſeptentrionalibus aut ſeptentrionem inter & orientem flantes maiorem aeris dephlogiſticati partem verum ex eadem cauſa ſanitati ſimul minus conducentem aduehant, hincque vires vitales nimis cito exhauriant, aut ſaltem iniquo aeris acrioris & irritantis ſtimulo ſpaſmos cutaneos inducant, & tranſpirationis negotium mirum in modum turbent? Hos ventos immites ſenſibus ingratos nos integra valetu-

auch eine reinere, oder mehr als eine ruhige Luft und ein anderer Wind gewöhnliche dephlogiſtiſirte Luft.

tudine gaudentes ſollicite fugimus, quos Phthiſicis aliisque infirmis ſalubres eſſe, quis cogitet, qui adeo infirmi ſunt, vt vento, vti vulgo dicimus, proſterni facile poſſint? —

Aer humidus vento ſi iungatur, vti tempeſtate humido-ventoſa fieri ſolet, calore animali citius abducto maiorem in nobis frigoris ſenſum excitat, quam ſi eiusmodi aer tranquillus fuerit, licet Thermometrum eandem vbique temperaturam denotauit. Aer enim motus, omnino eiusdem temperaturae ac quietus, corpori eodem temporis ſpatio plus rapit caloris, quam quietus; cum illius portio corpus immediate tangens tempore breuiori circa illud commoretur, quam vt eum caloris gradum acquirat, qui eius conducendi facultatem imminuat; haec enim aeris portio ſtatim aufertur, eiusque loco alio ſubſtituitur, quae aeque ac vnaquaeque ſubſequens breui amouetur, quo fit, vt corpus ſemper aeris portiones frigidioris temperaturae ad aufferendum ſuperficiei calorem aptiſſime attingant: aere vero quieto omnino contrarium accidit; portio enim aeris corpus calidum per aliquot temporis ſpatium tangens vtique aliquem caloris gradum mox acquirit, vnde eadem ratione, qua eius temperatura ad corporis temperaturam accedit, eius calorem ſuſcipiendi facultas imminuitur.

Sed

Sed & hoc adhuc iniqui habet ventus humidus, quod minori ſimul gaudeat humidum corporis conducendi facultatem, hinc tranſpirationi inſenſibili impedimento erit, atque effectus plane cum aere humido ſimillimos habebit. Exemplo ſit nobis ventus Scirocco, qui pariter Romae graſſari ſolet; hinc ventus humido-frigidus (Süd-Oſtwind) qui in Horatio *plumbeus Auſter* vocatur, corpora relaxat, exhaurit, praecipue aeſtate regnans mala inducit, incolas ad omnes corporis functiones ineptas reddit, atque febres acutas & phthyſin frequenter inducit. Quid, ſi vento inſignis caloris aut frigoris iungatur, ſanitati vnde detrimenti oriri debeat, ex iis, quae de aere frigido, calidiore dicta ſint, facile intelligi poterunt. . . .

Aer nimium quietus, cum continuo varios in ſe vapores & effluuia recipiat, cumque in eo partes aerem conſtituentes atque varia effluuia ex defectu minus miſceri, vniri, figi poſſint, hinc facile impurus & mephiticus redditus, certe ſanitati ſummo erit detrimento, idque eo magis, ſi ſolis radiis ſimul minus fuerit irradiatus. . . .

§. 21.

Nebulae, cum humiditatem non fixatam contineant, hinc ea ex parte aeris humido-frigidi

gidi effectus in corpus exserunt, frigoris nos magis impatientes reddunt. Cum vero praeter humiditatem nebulis multi adhuc inesse soleant vapores saepe nociui atque minus subacti, decompositi aut ligati, vnde saepe odor eorum foetidus, hinc multo magis adhuc sanitatem offendunt. Praeprimis nociuae deprehenduntur nebulae siccae, quae hygrometrum non afficiunt,* his enim acidum carbonicum & gas azotum, respirationi summae offensae aeris species, & variae aliae evaporationes, nequidem vaporibus aquosis ceu vehiculo obuolutae atque quodammodo ligatae insunt.

Nebulae frigidae congelantes seu Pruina (Reif)**, quae iucundo nobis spectaculo hyemis, primi veris autumnique tempore subtilissimo niue omnia candefaciunt, sanitati quam maxime detrimenti sunt. Quodsi Pruinae partes humidae frigore congelatae arborum ramos & folia attingant, quibus maior est caloris gradus, quam iis particulis gelidis, se copiose illuc deponunt, quin ideo soluantur, quum arbores

* Lichtenberg in Erxleben Physik. S. 683.

** Der kantirende Reif ist ein gefrorner Nebel, oder eine überschwängliche Absetzung von kalten ja leicht gefrierenden Wassertheilchen, das heißt, solcher, die 69° weniger Wärmestoff in sich haben, als kalte feuchte Luft.

bores eum, qui hic requiritur, caloris gradum non habeant; aliud vero contingit, si eiusmodi particulae inspiratione attractae pulmones attingant, vel a denudata quadam corporis parte absorbeantur, liquescunt enim atque corpori nimium materiae caloris eripiunt. Cum in candente lapide, si aqua frigida conspergatur, ea contingere reuolutio soleat, vt durus omnino lapis hac aspersione frigida mollescat, fragilisque fiat, quid in corpore animali, cuius fabrica lenior longe & mollior est, ab eiusmodi particulis eueniet? Docet id nos experientia; nebulis enim eiusmodi frigídis expositi nonne mox horripilatione, frigore, tussi, aliisque incommodis vexamur?

Ros (Thau), vti ait BERTHOLET, cum oxygenio scilicet dephlogisticati aeris basi adeo saturatus deprehenditur, vt chartae lacmo tinctae colorem destruat, secundum ROZIER (Journal vom Jahr 1771) Ros acidum satis atque nitri exhibet, hinc menstruans eius ac corrosiua indoles, qua sanitati adeo inimicus euadit. Summopere enim noxium deprehendimus matutino aut nocturno tempore in solo, rore maditum, quiescere, dormire, atque diutius vbidem morari. Milites atque gens rustica vti ipsa animantia saepe lethiferas sibi dysenterias contrahunt.

§. 22.

§. 22.

Gewitter schwühle Luft, si simul omnis aeris motus quiescat, noxium omnino in corpus animale influxum habet. Respirationis enim anxietas atque acceleratio, lassitudo vniuersi corporis, ponderis nos trahentis & prementis sensus, torpor, virium vitalium exhaustio, aut inertia, aliaque sunt, de quibus hoc tempore quaerelas mouemus. Haec incommoda vero non calori atmosphaerae tantum adscribenda sunt, cum saepe caloris gradus adeo insignis non sit, sed & quam maxime ab eo petenda erunt, quod in aere eiusmodi ob motus defectu variae eius partes & vapores non probe misceantur, * & quod facultas ipsi desit, euaporationes corporis nostri iusto modo abducendi? Forte & materiae electricae tunc temporis non ligatae atque superabundantis quid debetur? — Magis adhuc eiusmodi aer sanitati obest, si cum humida tempestate, quae minorem adhuc euaporationes nostras deriuandi facultatem habet, aut cum aere, qui Phlogiston (gas hydrogenio-carbonicum) & caloris materiam e corpore abducendi potentia destituitur, qui aeris nempe minus dephlogisticati in se habet.

Ful-

* Wir befinden uns sogleich besser, so bald uns eine ziehende Luft anbläßt.

Fulgura atque tonitrua * non tantum aerem non reddunt puriorem, ſed contrarium plane efficiunt, nil niſi aeris temperaturam mutare videntur. Iuxta Recentiorum obſeruata enim quodcunque fulmen decomponit in ea atmoſphaerae regione, qua tendit, magnam aeris dephlogiſticati partem, & eius loco aerem fixum atque phlogiſticatum relinquit, quae vero aeris ſpecies reſpirationi minime conducunt. Quo plura fulmina ſeſe breui interuallo excipiunt, quo vehementiora tonitrua fulgura mox ſequuntur, eo maior aeris dephlogiſticati pars decomponitur, eoque magis aer atmoſphaericus in aerem phlogiſticatum & fixum immutatur. ** Haec ratio eſt mortis fulminis ictu enecatorum, quae etiam contingere potuit, ſi etiam fulmen, vti dicimus, nos non attingat, nobis tamen admodum vicinum ſit. ***

§. 23.

* Die Urſache der Gewitter iſt Ueberfluß ungebundener elektriſcher Materie, die durch das Gewitter fortgeſchaft wird.

** Da entzündbare und dephlogiſirte Luft die bekannte Knallluft machen, ſo urtheile ich allemal, ſagt Kohlreif, je ſtärker der Donnerknall in der Nähe des Wetterſtrals iſt, deſto mehr dephlogiſtiſirte wird bey dieſer Gelegenheit zerſetzt.

*** Daher ſind nicht ſelten Leute von einem nahen Wetterſtrale todt niedergefallen, und ohne daß

§. 23.

Aer pluuiosus (regnerisch Wetter) cum praecipue humiditate minus ligata peccet, cum aere humido effectus supra memoratos communes habet. Aliter se res habet cum pluuia ipsa, durante enim pluuia non tantum aer humiditate sua minus ligata atque abundanti se exonerat, sed & ipsa pars aeris atmosphaerici irrespirabilis in aquam mutari videtur, & aer magis respirabilis seu dephlogisticatus iam maiori quantitate aerem ingreditur; * id quod obseruata

folglich eine Beschädigung an ihnen bemerkt wurde, bloß deßwegen, weil sie einen oder einen halben Athemzug höchst unathembarer Stickluft, die durch den gähen Wetterstral enstanden war, eingeathmet hatten. Fälschlich glaubte man vorhin, daß der Mensch vor Schrecken oder von zu sehr verdünnter Luft starb.

* Ueber die Entstehung des Regens sehe Mayer in Grens Journal. V. S. 371. Achards Versuch in Crens Annalen 1785. I. S. 318. Westrumbs Ebendas. 785. II. S. 499. Gren dessen Handbuch der Chemie §. 368. 369. Kohlreif sagt: die große Menge des Regens scheint vielmehr von der großen Menge der atmosphärischen zum Ueberfluß phlogistisirten Luft als von dephlogistisirter und entzündbarer Luft herzurühren. = Der Regen ist also eine Umänderung der Luft

uata ſatis docent, cum durante pluuia aut breui poſt hanc ſaepe $\frac{1}{5}$ adeo $\frac{1}{3}$ aeris dephlogiſticati in aere atmoſphaerico, ſaltem maior, quam antea atmoſphaerae inerat, aeris purioris portio deprehendatur: ſequitur durante pluuia aerem non tantum ſicciorem ſed & puriorem reddi. Hinc pluuia decidente tota quaſi natura reuiuiſcit, plantae robore vitali turgeſcunt, & animantia nouam quaſi vitam ſpirare videntur, praeſertim ſi delaſſans ardensque atmoſphaerae calor praeceſſerit.

§. 24.

Aer montanus falſo ſaluberrima aeris atmoſphaerici ſpecies a multis ſalutatur; generatim enim loquendo minus ſanitati ac vitae animali ſuſtendandae conducit, non vero, vt quidam voluere ob nimiam in perexcelſis montibus aeris leuitatem, ſed ob nimiam eius puritatem. Aer enim in perexcelſis montium cacuminibus admodum ſiccus & purus eſt (cum aliae aeris ſpecies & vapores grauiores eo non perueniant) licet non ex omni parte dephlogiſti-

in Waſſer, und entſteht wahrſcheinlich aus der Zerſetzung des Stickgas, welches wahrſcheinlich gasförmiges Waſſer iſt — aber nicht nur die Luftarten allein ſcheinen den Regen zu bewürken, auch gröbere Dünſte ſpielen ihre Rolle dabey.

gisticatus dici possit, hinc sanitati aeque minus certe conducit, quam aer nimium dephlogisticatus. Docent id ipsae experientiae, cum qui perexcelsa montium cacumina conscenderint; ibique paulo diutius fuerint commemorati, non tantum spiritus angustias, anxietatem, mox inconsuetam corporis delassationem, atque virium exhaustionem, sed non raro vomitus haemoptöen & alia experientur.

§. 25.

Aer Vallium non adeo celebris fama est, neque immerito, praesertim, si valles vndequaque montium agmine stipentur, aut siluis circumsepiantur, aut ipsae nemorosae sint, vt in eas neque aeri liberiori, neque solis radiis sufficiens additus pateat. Aer enim hoc modo inclusus, stagnans, motus & solis beneficio omnino destitutus, varios in se vapores recipit quidem, quin illi cum reliquis aeris partibus prope misceri, figique possint. Quis vero aerem vaporibus variis grauidum, & ob motus praecipue defectum imperfecte mixtum, ideoque deprauatum sanitati conducere putet?

§. 26.

§. 26.

Aer paludosus (Sumpfluft) ceu aer inflammabilis multas particulas aquosas secum vehens non tantum respirationi animali, sed & vniuersim sanitati quam maxime inimicus deprehenditur. Aer inflammabilis per se quidem, si particulis nempe aquosis careat, respirabilis aer est, sed vapores aquei s. gas hydrogenium eum respirationi ineptum nociuumque reddunt. Pulmones enim nostri gas hydrogenium omnino non perferrentes illud statim in pituitam tenacem, respirationis libertati infensam commutant. Praeterea aer paludosus superflua sua humiditate superficiem corporis ambiens solidas eius partes relaxat, debilitat, fluida aquoso latice inundat, & transpirationis negotium admodum turbat. Hinc cachexiae, cachochymiae, varium viscerum obstructiones, hydropes, icteri, febres intermittentes rebelles scorbutus atque pessimum febrium putridarum genus originem trahere quis miretur?

§. 27.

Obseruationibus Ingenhovss, Fontana, & aliorum satis euictum est, plantas crescentes multum aeris mephitici & fixi in vitae suae

pabulum conuertere atque ſole rädiante ipſum adeo aerem dephlogiſticatum exſpirare; quae itaque, ſi vera ſint, indubitatum ſimul erit, aerem in locis vbi multae plantae vegetant, atque radiante quidem ſole puriorem eſſe debere, atque ſalubriorem; in locis eçontra vmbroſis atque ad veſperam, aut de nocte, vbi ſolis radiantis influxus deeſt, atmoſphaeram vegetantia proxime ambientem inſalubrem, noxiamque eſſe; cum vegetantia his ſub conditionibus non tantum aerem dephlogiſticatum non exhalent, ſed etiam phlogiſticatam partem aeris minus abſorbeant, hinc aerem atmoſphaericum magis fixum reddant. Hinc quam noxium ſit in ſolo, vbi plantae creſcunt vmbroſo, aut de nocte decumbere, diutius morari, dormire, aut quieſcere, triſtes experientiae docuere! Multo magis vero noxium eſt, ſi ſolum humeſcat, ſi plantae aut gramina rore madeant; ſubito enim a decubitu in gramine humido paralyſes, apoplexia & alia mala oriri viſa ſunt. Aer memoroſus omnibus fere tanquam ſanitati inimicus ſatis notus eſt. Experientia docet, omnes illae regiones, qui ſyluas denſas in vicinis habent, minus ſalubres eſſe (niſi ſyluae vti & montes id ſubinde commodi habent, quod perniciosos ventos a regione quadam arceant). Denſae enim ſyluae recedunt

ab

ab illa lege, iuxta quam plantae omnes & vegetantia ſole radiante magnam aeris dephlogiſticati partem in aerem atmoſphaericum exhalent, in obſcuris vere non quidem aerem fixum (gas aereum) ſed admodum parum aeris reſpirabilis ſaltem exſpirent. Syluarum enim denſitas, cum aeris motum impediat, ſolisque radios arceat, impedimento eſt, quin aeris variae ſpecies praeſertim a paludibus euoluti, vapores corporum putreſcentium effluuia, & humiditas motus & ſolis beneficio prope miſceri, atque ſic aer ſanitati ſalubrior reddi poſſit.

Cum de aere montano, vallium, paludum, plantarum, nemorumque hucuſque ſermonem feci, quid nunc de rurali ſentiendum ſit, facile inde intelligetur.

§. 28.

Quum aer in populoſis ciuitatibus millenis fere modis deprauari ſoleat, quis atmoſphaeram eiusmodi praua arte factam potius quam naturalem ſalubrem dicat? Innumera certe diuerſiſſimorum corporum effluuia atmoſphaerae hic admiſceri ſolent, quorum quaedam aere ipſo aut caloris materia ſoluta chemice atmoſphaerae ineſſe ſolent, alia mechanice ſolum, aut omnino cruda inhaerent, vt pulmones non

tan-

tantum offendunt, ſed & nares & oculos feriant, alia odore ſe prodant, ſingula vero pro ſua indole aut mutatione plus minusue ad deprauandam aeris indolem ſua conferunt. Iam enim aquoſae euaporationes aerem atmoſphaericum nimia humiditate inundant, iam variae mechanicae corporum partes detritae circumuolitant, oculis, naribus, & pulmonibus minus amicae; modo varia effluuia v. c. ligni comburentis carbonum & luminum accenſorum fumus, hominum atque animantium halitus, atque alia eiusdem indolis aerem nimis phlogiſticum, mephiticumque reddunt; iam variae particulae foetidae, putreſcentes, inflammabiles e paludibus & aquis ſtagnantibus, coemeteriis, cloacis &c. aerem partim mephiticum, partim fixum generatim vero ſanitati ſumme noxium reddunt: Praeterea, vt innumera alia taceam, variis chemicis operationibus aer nitroſus euoluitur, qui ſanitati adeo inimicam proprietatem habet, vt magis reſpirabilem & puram aeris partem omnino deſtruat. Quantumcunque vero haec valeant ad deprauandam aeris indolem plus adhuc detrimenti ſanitati inde emerget, ſi ea adhuc ciuitatum ſors iniqua acceſſerit, vt inſalubrem omnino ſitum habeant, vt in profundioribus terrae plagis locentur, arctis nimi-

um

um limitibus circumſcribantur, vndequaque vel denſioribus ſyluis & perexcelſis montibus cingantur, aut altioribus moeniis includantur, quibus liberior aeris motus, aut ſolis radiantis influxus adeo neceſſarius impeditur &c. Millenae certe experientiae ciuitatum earundem inſalubritatem loquuntur, atque incolas variis cum morbis endemicis aeque ac epidemicis toties conflictari, teſtantur.

Plura equidem mihi adhuc ſupereſſent, quae praefixum Diſſertationi meae ſcopum tangunt; ſed obſtant & argumenti grauitas, virium mearum in re tam ardua, quae ſummos in arte Viros defatigabat, imbecillitas, & arctiores Diſſertationis inauguralis limites, quare & haec dicta ſufficiant.

THESES.

1) Irritabilitas *Halleriana* a neruis pendet.

2) Cor neruis carere, nihil euincit.

3) Digeſtio ciborum quam maxime ſucco gaſtrico debetur.

4) Potus calidus, praeprimis Theae ſanis magis nocet, quam prodeſt.

5) Optima remedia ſine diaeta conuenienti nihil proſunt.

6) Non in omni febri diaeta tenuis & excarnis conducit.

7) In omnibus morbis vnice tantum ſolidis mederi velle, & ſanae Theoriae & Experientiae repugnat. Hinc Pathologia humoralis non omnino, vt putant alii, reiicienda.

8) Methodus antigaſtrica reſoluens & euacuans morbos gaſtricos toties inuitat, quoties forte curat.

9) Scabiem veram ab acaris oriri ſumme probabile eſt.

10) Medicamentum ſomniferum melius non habetur, quam atmoſphaera, vbi aeris oxy-

oxygenii quantitas proportionate dimminuta eſt.

11) Rachitis, Scropulae, Achores quam maximam inter ſe affinitatem habent, quin ex eodem adeo fonte oriri videntur.

12) Quo viuimus & nutrimur, eo aegrotamus & morimur auxilio.

13) Excluſio Placentae tuto Naturae committitur, niſi Haemorrhagia vteri artis auxilium poſtulet.

14) Peſſarium *Hunoldianum* curuilineum in prolapſu vteri certe omnibus aliis eſt praeferendum.

15) Optimum in Cancro remedium externum, Arſenicum & Cultrum chirurgicum habeo.

16) Concuſſio electrica frequentius eſt adhibenda in recenter mortuis.

ANTONIVS DORN

DISPVTATIONEM INAVGVRALEM MEDICAM

D. FRANCISCO AXTER

die Augusti 1795 habendam

indicit.

Qua finita erit

PROMOTIO.

Quaestio inauguralis

PROMOTORIS:

An aer atmosphaericus, habito ad sanitatem respectu, generatim praeferendus est aeri cubiculorum?

NEO-DOCTORIS:

Quaenam sunt optima, aerem cubiculorum salubrem efficiendi remedia?

SERTATIO INAVGVRALIS
MEDICA
DE
AERIS
TMOSPHAERICI
CORPVS HVMANVM INFLVXV
SALVBRI ET NOXIO.

QVAM VNA CVM
SVBIVNCTIS POSITIONIBVS
PRO CONSEQVENDA
CTORATVS MEDICI DIGNITATE
PRAESIDE
NTONIO DORN,
MED. DOCT. REV. ET CELS. S. R. I. PRINC.
PISC. BAMB. CONSIL. AVL. PROFESS. PVBL.
ET ORD. NOSOCOM. MEDIC. PRACT.

PROPVGNABIT
FRANCISCVS AXTER
BAMBERGENSIS.

BAMBERGAE
DIE 26 AVGVSTI 1795.

IOA. GEORG. KLIETSCH, ALM. VNIV. TYPOGR.